

## Lectio XIII. Przymiotnik i przystówek

1. Dolor animi gravior est quam corporis. (Publiliusz Syrus)
2. Exempla utiliora sunt quam praecepta.
3. Bona opinio hominum tutior pecunia est. (Publiliusz Syrus)
4. Nihil potes videre maius urbe Roma.
5. Nil est in homine mente melius (Napis na fasadzie domu Długosza w Krakowie)
6. Certior aure arbiter est oculus. (Horacy)
7. Quid magis est saxo durum, quid mollius unda?  
Dura tamen molli saxa cavitur aqua. (Owidiusz)
8. Fortior est qui se quam qui fortissima vincit  
Moenia, nec virtus altius ire potest.
9. Ama rationem! huius te amor contra durissima armabit. (Seneka)
10. Qui autem parti civium consulunt, partem neglegunt, rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam. (Ciceron)
11. Contemnere aliquis omnia potest, omnia habere nemo potest: brevissima ad divitias per contemptum divitiarum via est. (Seneka)
12. Diutius accusare fata possumus, mutare non possumus: stant dura et inexorabilia; nemo illa convicio, nemo fletu, nemo causa movet; nihil umquam ulli parcunt nec remittunt. (Seneka)
13. Decet cariorem esse patriam nobis quam nos ipsos (Ciceron)
14. Video meliora proboque, deteriora sequor. (Owidiusz)
15. Heu, Fortuna, quis est crudelior in nos te deus? ut semper gaudes inludere rebus humanis! (Horacy)
16. Necesse est minima maximorum esse initia. (Publiliusz Syrus)
17. Avidum esse oportet neminem, minime senem. (Publiliusz Syrus)
18. Luxuria cum omni aetati turpis, tum senectuti foedissima est. (Ciceron)
19. Fama nihil est celerius.
20. Postiores enim cogitationes sapientiores solent esse. (Ciceron)
21. Non faciunt meliorem equum aurei freni. (Seneka)
22. Nulla servitus turpior est quam voluntaria. (Seneka)
23. Homines amplius oculis quam auribus credunt. (Seneka)

### NB.

*vis maior*- siła wyższa

D.O.M. – *Deo Optimo Maximo* (napis na świątyniach)

### (Ć)

- 1) Określ formę gramatyczną następujących wyrazów: utilioribus, pulcherrime, meliora, peius, plurimi, omnibus, sapientius, difficile, fortioris, alte, molliter, antiquissimorum, modestiores, maiori, maximos.
- 2) Przetłumacz na łacinę: najpiękniejsza z dziewcząt, najmądrzejszy ze wszystkich, głupszy od brata, wyższy od ojca.